bitur. iudicabit po
pulos ī equitate.

Letentur celi ⁊ exultet
terra. ɔmoueat' ma
re ⁊ plenitudo ei'. ga
udebūt cāpi ⁊ oīa q̄ in
eis sūt. Tunc exul
tabunt oīa ligna sil
uarum a facie dñi quia
uenit. qm̄ uenit iudica
re t'ram. Iudica
bit orbem t're ī equi
tate. ⁊ populos ī ue

ritate ſua. ℟. Gaude
maria uirgo cunctas here
ſes ſola interemiſti i uni
uerſo mundo. ℟. Digna
re me. pſalmus.
Dominus regnauit exul
tet terra: letentur
inſule multe. Nu
bes 7 caligo i circui
tu eius: iuſticia et
iudicium correctio
ſedis eius. Ignis an
te ipm precedet. 7 iflam
mabit i circuitu ini
micos eius. Illuxe
runt fulgura ei' orbi
terre: uidit 7 comota e
terra. Montes ſicut ce
ra fluxerunt a facie
dni: a facie dni ois
terra. Annunciauerunt
celi iuſticiam ei' 7 uide

runt om̄s ppli glām
eius. Confundant̄
om̄s qui adorant
sculptilia. ⁊ qui glo
riantur i simulacris
suis. Adorate eum
om̄s angeli ei⁹. audi
uit ⁊ letata ē syon.
Et exultauerūt fi
lie iude, ppt̄ iudicia
tua dn̄e. Qm̄ tu dn̄s

altissimus sup om̄em
terram: nimis exaltat⁹
es super om̄s deos. Qui
diligitis dn̄m odite
malū. custodit dn̄s
aīas scōrum suorum: de
manu pcc̄oris libera
bit eos. Lux orta ē
iusto: ⁊ rectis corde
leticia. Letamini iu
sti i dn̄o: ⁊ cōfitemini

memorie ſcificatio
nis eius. ℟ Dignare
me laudare te uirgo
ſacrata. da mi uirtutem
contra hoſtes tuos. ℣ Poſt
partu uirgo. ps. Ca

Cantate dño can
ticu nouū. quia
mirabilia fec̄. S al
uauit ſibi dextera
eius ⁊ brachiū ſcm̄ eius.

Notum fec̄ dns̄ ſalu
tare ſuū. in conſpectu
gentiū reuelauit iu
ſtitiā eius. Recordatus
ē mīe ſue. ⁊ ueritā
tis ſue domui iſrael.
Viderunt omnes fines
terre: ſalutare dei
nri. Iubilate dño
oīs terra: cantate ⁊
exultate et pſallite.

113

Psallite dño i cithara
ra i cithara et uoce
psalmi. ī tubis ducti
libus 7 uoce tube cor
nee. Iubilate in
ɔspectu regis dñi.
moueat mare 7 ple
nitudo ei' orbis terrar
7 qui hitant in eo.
Flumina plaudent
manu simul mõtes

exultabunt a ɔspec
tu dñi. qm̃ uenit iu
dicare terram. Iudi
cabit orbē terrar ī iu
sticia. 7 populos ī eq
tate. R. Post partum
uirgo iuiolata pmansisti
dei genitrix intercede pro
nobis. V. Diffusa ē grã
ī labijs tuis. R. Ppterea bñ
dixit te deus in eternū.

Pater noster. V. Et ne
nos. R. Sed libera nos.
Absolutio. Precibus
et meritis. cum rel.
ut habetur supra.

Notandum quod a sab
bato de adventu
usque ad vigiliam na
tivitatis domini agitur
offitium beate virginis
modo subscripto.

Sabbato ante pri
mam dominicam de ad
ventu. Ad vesperas
R. Missus est gabriel.
cum reliquis de laudi

bus. pſalmi ꝯſueti.

Egredietur uirga de radice yeſ-
ſe. 7 flos de radice ei'
aſcendet. 7 requeſcet
ſuper eũ ſp̄s dñi. ℟.
Deo grãs. ẏn̄. Aue
maris ſtella. ℣. Dif
fuſa ẽ grã i labijs tuis.
℟. Ppterea bñdix̄ te ds̄
in eternũ. Ad mag̃ aña.

Cap.

= Sp̄s ſcs̄ =

Sp̄s ſcs̄ i te deſcendet
maria. ne timeas hēbis
i utero filiũ di alla. Or.
Deus qui de beate
marie uirginis
utero uerbũ tuum
angelo nunciante
carnẽ ſuſcipere uolu
iſti. p̄ſta ſupplicib'
tuis. ut qui uere eã
genitricẽ dei credim'

eius apud te inter-
cessionibus adiuve-
mur. Per eundem
xpm dnm nrm.
R. Amen. Pro san-
ctis. A. Ecce dns veniet
et omnes sci eius cu
eo et erit in die illa lux
magna. alleluia. V.
Ecce apparebit domin'
sup nubē candidam.

R. Et cū eo scōꝛ mi-
lia. Oremus. Oratio.
Conscientias no-
stras qs dne
visitando purifica.
ut veniens yesus
xps filius tuus dns
noster cū omnibꝫ
scis. paratā sibi in
nobis inveniat
mansionem. Qui

tecū uiuit ⁊ regnat
i unitate spūs sancti
deus. per omnia se
cula seculorum. ℞.
Amen. ℣. Dñe exau
di orōnem meā. ℞. Et
clamor meus ad te ue
niat. ℣. Benedicamꝰ
dño. ℞. Deo gratias.
Supradicte oratio
nes. añ. ℣. predicto

modo dicūtur per om
nes horas. Ad i
Nocturnū. Inuitato
riū. ymn. añe. ps. et
℣. non mutantur.
usqꝫ ad lectiones. p̄
ter ℞. nouū psalmu
s. ℞. Post partū uirgo.
Loco cuiꝰ dr̄ ℞. An
gelus domini nūtiauit
marie. ⁊ concepit de spū

ſancto. alla. Lectio .pa.

Miſſus ē
angeluſ
gabriel
a deo i
ciuita
tē ga
lilee cui nomē na
zareth. ad uirginē
deſponſatā uiro :
cui nomē erat io

ſeph. de domo da
uid. & nomē uirgi
nis maria. Et in
greſſuſ angelus
ad eam dixit. Aue
grā plena domin'
tecū. benedicta tu
i mulieribus. Tu
autē dne miſere
nobis. ℟. Deo gra
tias. ℟. Miſſus eſt

gabriel angelus ad ma
riã uirginẽ desponsatã
nũtians ei uerbũ. et
expauescit uirgo de lu
mine. ne timeas ma
ria ĩuenisti gratiam
apud dñm. Ecce conci
pies ⁊ paries. ⁊ uocabit[ur]
altissimi filius. ℟. Da
bit ei dominus sedẽ da
uid patris eius et re

gnabit ĩ domo iacob ĩ
eternũ. Ecce. Lect. ij.
Que cũ audisset
turbata ẽ in ser
mone eius. ⁊ cogi
tabat qualis esset
ista salutatio. Et
ait angelus ei. Ne
timeas maria ĩue
nisti gratiã apud
dñm. Ecce concipies

ĩ utero. 7 paries fili
um. 7 vocabis nomē
eius yhm̄. Hic erit
magnus. 7 filius
altiſſimi vocabitur.
Et dabit illi dñs
deꝰ ſedem david
patris eius. 7 regna
bit ĩ domo iacob ĩ
eternū. 7 regni eiꝰ
nō erit finis. Tu

autem dñe miſere
re nobis. ℟. Deo
grãs. ℟. Ave ma
ria grã plena dñs
tecum. Spũs ſctũs ſu
perveniet in te 7 vir
tus altiſſimi obūbra
bit tibi. q̃ eñi ex te
naſcetur ſcm̄. vocabi
tur filius dei. ℣. Quo
modo fiet iſtud qm̄

uirũ nõ cognoſco. Et re
ſpondens angelus dix
ei. Sps̃ ſcũs. Lect. iij.

Dixit autẽ maria
ad angelũ. Quo
modo fiet iſtud qm̃
uirũ nõ cognoſco.
Et reſpondens an
gelus dixit ei. Sps̃
ſcũs ſupueniet in
te. Et uirtus altiſſi

mi obũbrabit tibi.
Ideoq; et quod naſce
tur ex te ſcm̃. uoca
bitur filius dei. Et
ecce helyſabeth cogna
ta tua. Et ipſa concepit
filiũ in ſenectute
ſua. Et hic menſis
eſt ſextus illi que
uocatur ſterilis. qa
nõ erit ĩpoſſibile

122

apud deum omne
uerbū. Dixit autē
maria. Ecce ancil
la dnī. fiat michi
secundum uerbū
tuū. Tu autem do
mine mis nob'. ℟
Deo grās. ℟. Susci
pe uerbū uirgo maria
quod tibi a dno p an
gelū trāsmissum est

concipies 7 paries deū
pariter 7 hōiem. Ut
benedicta dicaris inter
omēs mulieres. ℟. Pa
ries quidē filiū. 7 uir
ginitatis nō patieris
detrimentū. efficieris
grauida. 7 eris mater
semper intacta. Ut
benedicta. Gloria pri.
Ut benedicta. Ad

123

Laudes 7 per horas an.

Missus ē gabriel angel⁹ ad mariā uirginē desponsatā ioseph. ps. Dominus regnavit. an. Ave maria grā plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus. allā. ps. Iubilate deo. an. Ne timeas maria inuenisti graciā apud dñm. ecce cõ

cipies 7 paries filium. allā. ps. Deus deus meus. an. Dabit ei dñs sedē dauid pris ei⁹ 7 regnabit ī eternū. ps. Benedicite. an. Ecce ancilla dñi. fiat michi secundū uerbū tuū. ps. Laudate dnm de celis. Cap. Egredietur uirga. ym. O glorio

124

sa dña . viii . ℣ . ant .
7 ps . per om̄s horas
dn̄i sicut ante ad
uentū . preter : Vers .
none 7 ꝯplectorij .
Ad vis̄ . ℟ . Sp̄s sctūs .
ut supra .. Orōnes
Require ut supra
ī uesperis sicut or
dinatū est . ¶ Ad
Primam Capitulū .

Ecce uirgo conci
piet . 7 pariet fi
lium . 7 uocabit᷑ no
men eius hemanu
el . butirū 7 mel co
medet . ut sciat re
probare malum 7
eligere bonū . ℣ .
Dignare me . ℟ Da
michi ¶ Ad . iij . cap̄ .
Egredietur uirga

de radice ieſſe. 7 flos
de radice eius aſcen
det. 7 requieſcet ſup
eũ ſpũs dñi. ℣. Dif
fuſa ē grã. ℟. Ppterea be
nedix. Ad. vj. Cap.

Dabit ei dñs deus
ſedē dauid pris
eius. 7 regnabit in
domo iacob ĩ eternũ.
7 regnu eius nō erit

finis

finis. ℣. Benedicta tu ĩ
mulieribꝫ. ℟. Et benedict9
fructus. Ad nonā ca9

Ecce uirgo ↄcipiet
7 pariet filiũ. et
uocabitur nomen ei9
hemanuel. butirũ 7
mel comedet. ut ſci
at reprobare malũ.
7 eligere bonum. ℣.
Angelus dñi nuntiauit

marie. ℟ Et concepit de
spū scō. Ad vesperas
aꝰ. Missus est. cū rel' aꝰ.
7 ps̄. sic̄ ordinatū est
supra. Cap̄. Egredietur
uirga. vij. Aue ma
ris stella. Ad aꝰ. aꝰ.
Sps̄ scūs. Ad conplec
toriū. Cap̄. Ecce uir
go concipiet. ℣. Ange
lus dñi. ℟ Et concepit.

Ad nūc dimittis. aꝰ.
Sps̄ scūs. Orōnes ut
supra. i pmis uespis
Nota q a prima die
post natiuitatē dñi
usq ad purificatio
nē. fit offiū bte uir
ginis sic̄ añ aduentū
excepto q ad omnes
horas dr̄ orō. Deus
qui salutis eterne.

additis orationibus de
aplis cu alijs ad oms
horas sic supra scriptu
e i offitio an adventu.
Item ad vesperas. et ad
laudes. et per horas. A.

O Admirabile comerti
um creator generis hu
mani. aiatum corpus su
mens de virgine nasci
dignatus e. et procedens

homo sine semine. largi
tus e nobis sua deitate.
R. Quando natus es
ineffabiliter ex virgine
tunc iplete sunt scrip
ture sic pluvia i vellus
descendisti. ut salvum
faceres genus humanu
te laudamus deus noster.
A. Rubu que viderat
moyses icobustu conser

natā agnouimus tuam
laudabilē virginitatem
dei genitrix intercede
pro nobis. A. Germina
uit radix iesse. orta est
stella ex iacob. uirgo pe
perit saluatorē. te lau
damus deus nr. A. Ecce
maria genuit nobis
saluatorē quē iohānes
uidens exclamauit di

cens. ecce agnus dei. ecce
qui tollit peccata mūdi
all'a. Ad bn A. Mira
bile misteriū declaratur
hodie inouant' nature
deus homo fact' ē. id q' fu
it pmansit. 7 q' nō erat
assūpsit. nō commixtionē
pass' neq3 diuisionem.
Ad mag. 7 ad nūc
dimit. A. Magnū he

129

reditatis misterium. templum dei factus est uterus. nesciens uirum. non est pollutus ex ea carnem assumens. omnes gentes uenient dicentes. gloria tibi domine. Et ad omnes dicitur oratio. Deus qui salutis. additis orationibus de apostolis. Notandum quod ab octava pasce usque ad ascensionem fit officium

beate uirginis sicut ante aduentum. Excepto quod ad benedictus. et ad magnificat. et ad nunc dimittis dicitur hec antiphona.
Regina celi letare alleluia. Quia quem meruisti portare alleluia. Resurrexit sicut dixit alleluia. Ora pro nobis deum alleluia.

Incipit officiũ mor
tuorum. Ad vespe
ras. A. Placebo dño. ps.



ile
xi
qm
exa
udi
et
dñs
vocem orationis

136

9

mee. Quia īclina
uit aurem suaꝫ mi
chi. ⁊ ī diebus meis
inuocabo. Circūde
derunt me dolores
mortis pericula in
ferni inuenerūt me.
Tribulationē ⁊ do
lorem inueni. ⁊ nomē
dñi inuocaui. O dñe
libera animaꝫ meaꝫ

misericors dñs et
iustus. ⁊ deus nosť
miseretur. Custo
diens paruulos dñs.
humiliatus suꝫ ⁊ li
berauit me. Conuer
tere aīaꝫ meaꝫ ī req
em tuam. quia dñs
bñfecit tibi. Quia
eripuit aīaꝫ meam
de morte oculos meos

alacrimis. pedes me
os a lapsu. Placebo
dño i regione vivor.
Requiez. A. Placebo dño
i regione vivorum. A. Heu m.
Ad dñm cum tribu
larer clamavi. &c.
A. Heu michi quia icola
tus meus prolongatus e.
A. Dñs custodit te. ps.
Levavi oculos meos

A. Dñs custodit te ab om
ni malo custodiat animam
tuam dñs. A. Si iniquitates
De profundis cla
mavi. A. Si iniqui
tates observaveris dñe.
dñe quis sustinebit. A.
Opera. Psalmus.
Confitebor tibi
domine i toto cor
de meo. qm audisti

uerba oris mei. In
conspectu angeloꝝ
psallam tibi. adora
bo ad templū scm̄
tuū ⁊ confitebor no
mini tuo. Super mi
sericordia tua ⁊ ue
ritate tua. quī ma
gnificasti super om
ne nomen scm̄ tuū.
In quacumque die

inuocauero te exaudi
me. multiplicabis
aīam meā uirtutem.
Confiteantur tibi
dn̄e oīs reges ter
re. quia audierūt
oīa uerba oris tui.
Et cantent ī uiis
dn̄i. quī magna ē
gloria dn̄i. Quī ex
celsus dn̄s humilia

respicit. et alta a lon
ge cognoscit. Si am
bulauero in medio tri
bulationis uiuifica
bis me. et super iram
inimicoruz tuoruz
extendisti manum
tuam et saluũ me fe
cit dextera tua.
Domine retribue p
me. dñe mīa tua i se

culum opera manu
um tuarum ne despicias.
Requiez. A. Opera ma
nuum tuarum dñe ne despi
cias. V. Audiui uocem de ce
lo dicentē michi. R. Beati
mortui qui in dño moriuntur.
A. Omne quod dat in pat.
Magnificat ani ps.
ma mea dñz. etc.
A. Omne quod dat michi

pater aduenient et eum qui
uenit ad me non eiciam foras.
Pater noster. ℣ Et ne nos ℟
Sed libera nos. psalmus.

Lauda anima mea
dominum. laudabo do
minum in uita mea. psallam
deo meo quamdiu fue
ro. Nolite confidere
in principibus. in filiis
hominum in quibus non

est salus. Exibit
spiritus eius et reuertetur
in terram suam. in illa die
peribunt omnes cogita
tiones eorum. Beatus
cuius deus iacob
adiutor eius. spes
eius in domino deo ipsius
qui fecit celum et terram.
mare et omnia que in eis
sunt. Qui custodit

ueritate͂ iſeculum.
Facit iudiciu͂ iniuria͂
patientibus. dat eſca͂
eſurientibus. Dn͂s
ſoluit compeditos.
dn͂s illuminat cecos.
Dominus erigit eli
ſos. dn͂s diligit iu
ſtos. Dn͂s cuſtodit
aduenas. pupillu͂ et
uiduam ſuſcipiet et

uias peccatorum
diſperdet. Regnabit
dn͂s iſecula. deus tu
us ſion igeneratione͂
et generatione͂. Re
quiem. ℣ Requiem eter
nam dona eis dn͂e. ℟ Et lux
perpetua luceat eis. ℣ Re
quieſcant i pace. ℟ Amen.
℣ Dn͂e exaudi oratione͂ mea͂.
℟ Et clamor meus ad te

ueniat. Oremus. oro
Deus qui inter apo
stolicos sacerdo
tes famulos tuos
pontificali seu sacer
dotali fecisti digni
tate uigere presta
quesumus. ut eorum
quoque perpetuo a
gregentur cõsortio.
Deus uenie largi-

gitor. et humane sa
lutis amator quesu
mus clementiam tuam
ut nostre congregatio
nis fratres propin
quos et benefactores
nostros qui ex hoc
seculo transierunt beata
maria semper uirgi
ne intercedente cum
omnibus sanctis tuis

ad perpetue beatitudi
nis consortio perue
nire concedas. Oro
Fidelium deus om
nium conditor
et redemptor anima
bus famulorum famula
rum que tuarum remis
sionem cunctorum tri
bue peccatorum ut i
dulgentiam quam ſe

per optauerūt piis
ſupplicationibus cō
ſequantur. Qui uiuis
et regnas cum deo patre
in unitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorū.
R. Amē. V. Requiem eternam
dona eis domine. R. Et lux per
petua luceat eis. V. Requie
ſcant in pace. R. Amē. Ad ma
tutinū dicitur abſolu

te. Invitatorium.

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus. ps. Venite exultemus. &c.

ant. Dirige. psalmus.

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee. rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo domine. mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo. quoniam deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus. neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur

145

iniquitatem. perdes
om̄s qui loquuntur
mendaciuz. Viruz
sanguinū et dolosuz
abhominabitur dn̄s.
ego autem in multitudi
ne misericordie tue.
Introibo i domum
tuam. adorabo ad tē
plum sanctum tuū
i timore tuo. Dn̄e

deduc me in iustitia tu
a propter inimicos me
os. dirige i conspectu
tuo viam meā. Quia
nō est i ore eorum ve
ritas. cor eorum va
num est. Sepulcrum
patens est guttur eo
rum. linguis suis do
lose agebant iudica
illos deus. Decidant

a cogitationib[us] suis.
secundum multitu
dinem i[m]pietatu[m] eoru[m]
expelle eos. q[uonia]m irrita
uerunt te d[omi]ne. Et le
tentur om[n]is qui sperant
i[n] te. i[n] et[er]nu[m] exultabu[n]t
et habitabis i[n] eis. Et
gloriabuntur i[n] te om[ne]s
qui diligunt nomen
tuum. q[uonia]m tu benedices

iusto. D[omi]ne ut scuto
bone uoluntatis tue.
coronasti nos. Reque[m].
a[ntiphona] Dirige d[omi]ne deus meus
i[n] conspectu tuo uia[m] mea[m].
a[ntiphona] Conuertere d[omi]ne. Ps.
Domine ne i[n] furo
re tuo. &c. a[ntiphona] Con
uertere d[omi]ne [et] eripe a[n]i[m]am
meam q[uonia]m no[n] est i[n] morte
qui memor sit tui. Ps.

a͞ Nequado. psalmus.

Domine deus me
us in te speraui. sal
uum me fac ex omni
bus persequentibus
me ⁊ libera me. Ne
quando rapiat ut leo
animaz meaz. dum
nō est qui redimat ne
que qui saluuz faciat.
Domine deus meus

si feci istud si ē iniqui
tas in manibus meis.
Si reddidi retribuē
tibus michi mala. de
cidam merito ab ini
micis meis inanis.
Persequatur inimi
cus aīam meaz. ⁊ com
prehendat ⁊ cōculcet
in terra uitam meaz. ⁊
gloriam meam in pul

uerem deducat. Exur
ge dñe in ira tua. et exal
tare i finibus inimicorum
meorum. Exurge do
mine deus meus i pre
cepto quod mandasti.
et sinagoga populorum
circumdabit te. Et
propter hanc i altum
regredere dñs iudica
populos. Iudica me

dñe secundum iusticiam
meam et secundum ino
centiam meam super me.
Consumetur nequi
tia peccatorum. et diriges
iustum scrutans cor
da et renes deus. Iu
stum adiutorium me
um a dño. qui saluos
facit rectos corde.
Deus iudex iustus

fortis ⁊ patiens. nu̅
quid irascitur per sin
gulos dies. Nisi cō
uersi fueritis gladiū
suum uibrauit. arcuꝫ
suuꝫ tetendit ⁊ para
uit illuꝫ. Et i eo para
uit uasa mortis. sagip
tas suas ardentibus
effecit. Ecce partu
rit iniustitiam ⁊ cōcepit

dolorem. ⁊ peperit ini
quitatem. Lacū ape
ruit ⁊ effodit euꝫ. et
incidit i foueam quaꝫ
fecit. Conuertetur
dolor eius i caput eius
et i uerticem ipsius ini
quitas eius descendet.
Confitebor dn̄o secū
dum iustitiam eius ⁊ psal
lam nomini dn̄i altis

finiri. Requiez. Añ Ne
quando rapiat ut leo animā
meam. dum nō est qui red
dimat neque qui saluū fa
ciat. ℣ A porta īferi. ℟ Erue
dñe aīas eorum. Pater
noster. ℣ Et ne nos. ℟ Set
libera nos a malo. lectio .j.

Parce michi domi
ne. Nichil enī sūt
dies mei. Quid ē ho

quia magnificas eū
aut quid apponis erga
eum cor tuū. Visitas
eum diluculo. et subi
to probas illū. Vsq;
quo nō parcis michi
nec dimittis me ut
glutiā saliuā meam.
Peccaui. Quid faciā
tibi o custos hominū.
Quare me posuisti cō

tarum in tibi. et factus
ſum michi metipſi gra
uis. Cur nõ tollis pecca
tum meũ. et quare nõ
aufers iniquitatẽ meã.
Ecce nũc ĩ puluere
dormiã. et ſi mane me
queſieris nõ ſubſiſtam.
R. Credo quod redẽptor me
us viuit. et in nouiſſimo die de
terra ſurrecturus ſum. Et

in carne mea videbo deum ſal
uatorem meũ. V. Quem
viſurus ſum ego ipſe et nõ ali
us et oculi mei conſpecturi ſunt.
Et in carne. Lectio. ii.
Tedet animam meam
uite mee. dimittam
aduerſum me eloquium
meum. loquar in amari
tudine anime mee. Di
cam deo. Noli me conde

nare. Indica michi.
cur me ita iudices.
Nū quid bonū tibi vi
detur si calūpnieris
et oprimas me. opus
manuuꝫ tuaruꝫ ⁊ con
siliuꝫ ĩpiorū adiuues.
Nū quid oculi carnei
tibi sūt. aut sicut vi
det homo. ita ⁊ tu vid(ebis).
Nū quid sicut dies ho

minis dies tui ⁊ anni
tui sicut humana sūt
tempora. Ut queras
iniquitatem meaꝫ et
peccatū meū scruteris.
Et scias quia nichil ĩ
pium fecerim. cum sit
nemo qui de manu tua
possit eruere. ℟ Qui
laçarum resuscitasti a mo
numentuꝫ feticum. Tu eis

dn̄e dona requiē ꝛ locum i
dulgentie. ℣. Qui uenturus es iudicare uiuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem.
℟. Libera me.

Requiem eis dn̄e. Lectio. iij.

Manus tue dn̄e fecerunt me ꝛ plasmauerūt me. Totum in circuitu. ꝛ sic repente precipitas me. Memento queso quod sicut lutū

feceris me ꝛ in puluerē reduces me. Memento queso quod sicut lutū feceris me ꝛ in puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me. ꝛ sicut caseū me coagolasti. Pelle ꝛ carnibus uestisti me. ossibus ꝛ neruis cōpegisti me. Vitam et misericordiā tri

154

buiſti michi. ⁊ uiſita
tio tua cuſtodiuit ſp̄m
meum. ℟ Dn̄e quando
ueneris iudicare terraz.
ubi me abſcondam a uul
tu ire tue. Quia peccaui
nimis i uita mea. ℣ Co
miſſa mea paueſco ⁊ ante
te erubeſſco dum ueneris
iudicare noli me cõtemp
nare. Quia peccaui. ℣ Re

quiez. Quia. In ſecũdo
nocturno. añ. In lo
co paſſcue. pſalmus.
Dominus regit me
⁊ nichil michi de
erit. i loco paſſcue ibi
me collocauit. Super
aquam refectionis e
ducauit me. animam
meam conuertit. De
duxit me ſuper ſemita

155

iuſtitie. propter nomē
ſuū. Nam ⁊ ſi ambu
lauero ī medio umbre
mortis. nō timebo ma
la q̄m tu mecū es. Uir
ga tua ⁊ baculus tuus.
ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti ī conſpectu
meo menſam. aduer
ſus eos qui tribulant
me. Inpinguaſti ī o

leo caput meū. ⁊ ca
lix meus iebrians quā
preclarus eſt. Et mi
ſericordia tua ſub ſe
quatur me. omnibus
diebus uite mee. Et
ī habitem ī domo dn̄i.
ī longitudinē dierū.
Requiē. a̅. In loco paſ
cue ibi me collocauit. a̅.
Delicta. Pſalmus.

Ad te leuaui ani
mam meā. Deus
meus in te confido nō
erubescā. Neque ir
rideant me inimici
mei. Etenim uniuersi
qui sustinēt te nō con
fundentur. Confun
dantur oēs iniqua
agentes. super uacue.
Vias tuas dn̄e demō

stra michi. et semitas
tuas edoce me. Diri
ge me i ueritate tua
et doce me. quia tu es
deus saluator meus
et te sustinui tota die.
Reminiscere misera
tionū tuarum dn̄e et
misericordiarū tuaꝝ
que a seculo sūt. De
licta iuuentutis mee.

et ignorantias meas.
ne memineris. Secū
dum miã tuã memē
to mei tu. propter boni
tatem tuã dñe. Dul
cis et rectus dñs prop
ter hoc legem dabit
delinquentib; in via.
Diriget mansuetos
i iudicio. docebit mitē
vias suas. Universe

vie dñi misericordia
et veritas. requiren
tibus testamentū eī
et testimonia eī. Prop
ter nomen tuũ dñe
propitiaberis peccato
meo. multū est enim.
Quis est homo qui
timet dñz. legem sta
tuit ei i via quam ele
git. Anima eius ibo

nis demorabitur & se
men eius heredita
bit terram. Firmamē
tum ē dñs timentib(us)
eum. & testamentum
ipsius ut nō manife
stetur illis. Oculi mei
semper ad dñm. quia ipse
evellet de laqueo pe
des meos. Respice i
n me & miserere mei.

quia unicus & pauper
sum ego. Tribulatio
nes cordis mei multi
plicate sunt. de necessi
tatibus meis erue me.
Vide humilitatē meā.
& laborem meū. & dimit
te universa delicta mea.
Respice inimicos meos
qm multiplicati sunt.
et odio iniquo oderūt

me. Custodi animā
meā. et erue me. non
erubescā qm̄ speraui
in te. Innocentes et
recti adheserūt mi
chi. quia sustinui te.
Libera deus isrl'. ex
omnibus suis. Requi
em. aū Delicta iuuentu
tis mee et ignorantias me
as ne memineris. aū Cre

do uidere. Psalmus.
Dominus illumi
natio mea. et salu'
mea quem timebo. Do
minus protector ui
te mee. a quo trepida
bo. Dum appropriāt
super me nocentes. ut
edant carnes meas.
Qui tribulant me ini
mici mei. ipi ifirmati

sūt et ceciderūt. Si
consistant adv'sum
me castra: nō time
bit cor meū. Si exur
gat adversum me p̄
liū: in hoc ego sperabo.
Unam petii a dn̄o
hanc requirā: ut inhā
bitē in domo dn̄i. om
nibus diebus vite
mee. Ut videā vo

luntatē dn̄i: et visitē
templū eius. Quoniā ab
scondit me in taber
naculo suo: in die ma
lorum protexit me
in abscondito taber
naculi sui. In petra
exaltavit me: et nunc
exaltavit caput meū
super inimicos meos.
Circuivi et immolavi i

tabernaculo eius. ho
stiam uociferationis.
cantabo et psalmũ di
cam dño. Exaudi do
mine uocem meã qua
clamaui ad te. misere
mei et exaudi me. Ti
bi dixi cor meũ exqui
siui te. facies mea. faciẽ
tuam dñe requiram.
Ne aduertas faciem

tuam a me. et ne decli
nes in ira seruo tuo. ꝛ
Adiutor meus esto ne
derelinquas me. neque
dispicias me deus salu
taris meus. Qm̃ pat
meus et mater mea de
reliquerũt me. dñs au
tem assupsit me. Le
gem pone michi dñe i
uia tua. et dirige me in

ſemitam rectam prop
ter inimicos meos.
Ne tradideris me i
animas tribulantiũ
me. quõ inſurrexerũt
in me teſtes iniqui et
mentita ẽ iniquitas
ſibi. Credo videre
bona dñi. in terra viuẽ
tiũ. Expecta dñm
viriliter age. et cõfor

tetur cor tuum et ſuſti
ne dñm. Requiem.
A. Credo videre bona dñi
in terra viuentium. V. Collo
cet eos cũ principib.
R. Cum principibus popu
li ſui. Pater nr̃. V. Et ne nos
R. Sed libera. Lectio. q.
R Eſponde mihi
quantas habeo
iniquitates et peccata

ex scelera mea. atque
delicta ostende michi.
Cur faciem tuam ab
scondis et arbitraris
me inimicum tuum. Con
tra folium quod uento
rapitur. ostendis po
tentiam tuam. et stipulam
siccam persequeris.
Scribis enim contra
me amaritudines et

consumere me uis pec
catis adolescentie mee.
Posuisti in neruo pedem
meum. et obseruasti
omnes semitas meas.
et uestigia pedum meorum
considerasti. Qui quasi
putredo consumendus
sum. et quasi uestimen
tum quod comeditur
a tinea. ℟ Memento mei

deus quia uentus ē uita. mea. Nec aspicias me uisus hominis. ℟. De profundis clamaui ad te dñe. dñe exaudi uocem meam. Nec. lc̄o. v.

Homo natus de muliere breui uiuens tempore. repletus multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur. et fugit uelud

umbra. et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos et adducere eum tecum in iudicium. Quis pōt facere mundum de immundo cōceptum semine. Nonne tu qui solus es. Breues dies hominis sunt et numerus mensium

eius apud te ē. Conſti
tuiſti terminos eius.
qui preteriri nō poterūt.
Recede ergo paululū
ab eo. ut quieſcat donec
optata veniat. ⁊ ſicut
mercenarij. dies eius.
℟ Peccantem me quotidie et non me penitentem
Deu michi dñe quia pec
caui nimis in uita mea. Quid
faciam miſer ubi fugiā. ni
ad te deus meus. Miſerere

mei dum ueneris in nouiſſi
mo die. ℣ Anima mea tur
bata ē ualde. ſed tu dñe ſuc
curre ei. Miſerere. l'co. vi.
Quis michi hoc tri
buat ut in inferno
protegas me ⁊ abſcon
das me donec pertran
ſeat furor tuus. ⁊ cōſti
tuas michi tempus i
quo recorderis mei.

putas ne mortuus
homo rursum vivat.
Cunctis diebus qui
bus nunc milito ex
pecto donec veniat
immutatio mea. Voca
bis me et ego respon
debo tibi. operi ma
nuum tuarum porriges
dexteram. Tu quidem
gressus meos dinu

merasti. sed parce pec
catis meis. ℟. Ne recor
deris peccata mea domine. Dum
veneris iudicare seculum
per ignem. ℣. Dirige domine
deus meus in conspectu tuo
viam meam. Dum. ℟. Ne recor.
Dum. In tercio noctur
no. A. Complaceat. psalmus.
Expectans expec
tavi dominum et intendit

michi. Et exaudiuit
preces meas. ⁊ eduxit
me de lacu miserie ⁊ de
luto fecis. Et statuit
supra petrā pedes meos.
⁊ direxit gressus meos.
Et īmisit ī os meum
canticum nouū car
men deo nostro. Vi
debūt multi ⁊ timebūt.
et sperabūt. ⁊ sperabūt

ī dn̄o. Beatus uir
cuius ē nomen dn̄i spes
eius. ⁊ nō respexit ī ua
nitates ⁊ īsanias falsas.
Multa fecisti dn̄e deus
meus mirabilia tua.
et cogitationibus tuis
nō est quis similis sit
tibi. Annūciaui ⁊ locu
tus sum. multiplicati
sunt super numerum.

Sacrificium et obla
tionem noluisti. aures
autem perfecisti michi.
Holocaustu; et pro pec
cato nō postulasti. tūc
dixi ecce uenio. In
capite libri scriptum
ē de me. ut facere uo
luntatem tuam deus
meus uolui. et legem
tuam in medio cordis

mei. Annūciaui iusti
tiam tuam i ecclesia
magna. ecce labia mā
nō prohibebo dn̄e tu sci
sti. Iusticiam tua; nō
abscondi i corde meo.
ueritatem tua; et salu
tare tuū; dixi. Non ab
scondi mīa; tua; et ue
ritate; tuam a concilio
multo. Tu aūt dn̄e

ne longe facias miſe
rationes tuas a me. mi
ſericordia tua et ueritas
tua ſemper ſuſceperũt
me. Qm̃ circũdederũt
me mala quorũ nõ ẽ
numerus. cõprehẽde
runt me iniquitates
mee. et nõ potui ut uide
rem. Multiplicate ſũt
ſuper capillos capitis

mei. et cor meũ dereli
quit me. Complaceat
tibi dñe ut eruas me.
dñe ad adiuuandũ me
reſpice. Confundãt
et reuereantur ſimul q
querũt animã meam.
ut auferant eã. Con
uertantur retrorſum
et reuereantur. qui uolũt
michi mala. Ferant

cōfestim cōfusionē
suam. qui dicūt mi
chi euge euge. Exul
tent & letentur sup te
oīns querentes te. et
dicant semper magni
ficetur dñs. qui dili
gunt salutare tuum.
Ego autē mendicus
sum & pauper. dñs so
licitus ē mei. Adiuto

meus & protector me
us tu es. deus meus
ne tardaueris. Requiē.
ā. Complaceat tibi dñe ut
eruas me dñe ad adiuuandū
me festina. ā. Sana dñe. ps.
Beatus qui itelligit
super egenū & pau
perem i die mala libera
bit eum dñs. Dñs cō
seruet eum & uiuificet

eum et beatum faciet eum
in terra. et non tradat eum
in animam inimicorum
eius. Dominus opem ferat
illi super lectum dolo
ris eius. universum
stratum eius uersa
sti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere
re mei. sana animam meam
quia peccaui tibi. Im

mici mei dixerunt ma
la michi. quando mo
rietur et peribit nomen
eius. Et si ingrediebatur
tur ut uideret uana
loquebatur: cor eius
congregauit iniqui
tatem sibi. Egrediebatur
batur foras. et loque
batur in idipsum. Ad
uersum me susurrabant

om̄s inimici mei ad
uersum me cogitabāt
mala michi. Verbū
iniquū constituerūt
aduersum me. Nūquid
qui dormit nō adiciet
ut resurgat. Etenim
homo pacis mee in quo
speraui. qui edebat
panes meos. magnifi
cauit super me supplā

tationes. Tu autē dn̄e
miserere mei. & resusci
ta me. & retribuā eis.
In hoc cognoui qm̄
uoluisti me. qm̄ non
gaudebit inimicus me
us super me. Me autē
propter innocentiam
suscepisti & confirma
sti me. in conspectu tuo
in eternum. Benedic

tus dn̄s deus isrl' a se
culo ꝛ usque i seculuȝ.
fiat fiat. Requiez. a
Sana animaȝ meā quia
peccaui tibi. a Sicut ps
Quem admoduȝ de
siderat ceruus ad fon
tes aquarum. ita desi
rat anima mea ad te
deus. Sitiuit anima
mea ad deum fonteȝ ui

uum. quando ueniam
et apparebo ante faciem
dei. Fuerunt michi la
crime mee panes die
ac nocte. dum dicitur
michi cotidie ubi ē deu'
tuus. Hec recordatus
sum ꝛ effudit i me an
mam meam. qm̄ tran
sibo i locum tabernacu
li ammirabilis usque ad

174

domum dei. In uoce
exultationis ⁊ confes
sionis. sonus epulan
tis. Quare tristis es
anima mea. ⁊ quare cō
turbas me. Spera in
deo qm̄ ad huc confi
tebor illi salutare uul
tus mei ⁊ deus meus.
Ad me ipm̄ anima
mea conturbata ē. prop

tere memor ero tui de
terra iordanis ⁊ herre
monis a monte modi
co. Abyssus abyssum
īuocat. ī uoce cataracta
rum tuaruz. Omnia
excelsa tua ⁊ fluctus
tui super me transierūt.
In die mandauit dn̄s
mīaz suam. ⁊ nocte can
ticum eius. Apud me

oratio deo uite mee di
cam deo ſuſceptor meu'
es Quare oblitus es
mei ⁊ quare contriſta
tus i cedo. dum affligit
me inimicus. Dum cō
confringuntur oſſa mea.
exprobrauerūt michi
qui tribulant me inimi
ci mei. Dum dicunt
michi per ſingulos die'

ubi eſt deus tuus. quare
triſtis es anima mea. et
quare conturbas me. ℟
Spera i deo qm̄ adhuc
confitebor illi ſalutare
uultus mei ⁊ deus meus.
A̅ Sitiuit anima mea
ad deum fontē uiuū quā
do ueniā ⁊ apparebo ante
faciem dni. ℣ Ne tradas
beſtijs animas confitentes

tibi. ℟ Et animas paupe-
rum ne obliuiscaris in finem.
Pater noster. ℣ Et ne nos
℟ Sed libera nos. lectio vij.

Spiritus meus attenu-
abitur. dies mei
breuiabuntur. et solum
michi superest sepulcrum.
Non peccaui et in amaritu-
dinibus moratur ocu-
lus meus. Libera me

domine et pone me iuxta te
et cuiusuis manus pu-
gnet contra me. Dies
mei transierunt. cogi-
tationes mee dissipa-
te sunt torquentes
cor meum. Noctem uer-
terunt in diem. et rur-
sum post tenebras spe-
ro lucem. Si sustinue-
ro infernus domus mea

est. et i tenebris straui
lectulum meū. Putre
dini dixi. Pater meus
es. mater mea ⁊ soror
uermibus. Ubi ē ergo
nunc prestolatio mea
et patientia mea. Tu es
dn̄e deus meus. ℟. Pec
cantem me cotidie ⁊ non
me penitentē timor mortis
conturbat me. Quia in

ferno nulla ē redēptio. mi
serere mei deus ⁊ salua me.
℣. Deus in nomine tuo sal
uum me fac ⁊ in uirtute tua
libera me. Quia. Lc. viij
Pelli mee cōsūptis
carnibus adhesit
os meum. ⁊ derelicta sūt
tantum modo labia cir
ca dentes meos. Misere
mini mei. miseremini

mei. ſaltem uos ami
ci mei quia manus
domini tetigit me. Qua
re perſequimini ſicut
deus. et carnibus meis
ſaturamini. Quis
michi tribuat ut ſcri
bantur ſermones mei.
Quis michi det ut
exarentur in libro ſti
lo ferreo. et plumbi lami

na uel celte ſculpantur
in ſilice. Scio enim quod
redemptor meus uiuit
et in nouiſſimo die de terra
ſurrecturus ſum. et rur
ſum circumdabor pelle
mea et in carne mea ui
debo deum ſaluatorem
meum. Quem uiſurus
ſum ego ipſe et oculi mei
conſpecturi ſunt et non alius

Reposita ē hec spes mea
i sinu meo. R. Dn̄e secū
dum actū meū noli me
iudicare. nichil dignum
i conspectu tuo egi. Ideo
deprecor maiestatē tuam
ut tu deus deleas iniquita
tem meā. V. Amplius la
ua me dn̄e ab iniustitia mā
& a delicto meo munda me.
Ideo deprecor. l'co. ix.

Quare de uulua e
duxisti me. Qui
utinam consūptus essē.
ne oculus me uideret.
Fuissem quasi nō essem
de utero translatus ad
tumulū. Nūquid nō
paucitas dierū meoꝝ
finietur breui. Dimit
te me ergo ut plangam
paulū dolorem meum.

lu

180

ante quam vadaz
 et nō revertar ad ter
ram tenebrosaz et
opertam mortis ca
ligine. Terra miserie
et tenebrarum ubi um
bra mortis. et nullus
ordo. sed sempiternꝰ
horror ihabitat. a
Libera me dn̄e de viis in
ferni qui portas hereas

confregisti et visitasti ifer
num. Et dedisti eis lumē
ut viderent te. qui erant ī pe
nis tenebraruz. ℣ Claman
tes et dicentes advenisti re
demptor noster. Qui erant.
℣ Requiez. Qui erant.
Ad laudes. ant.
Exultabūt dn̄o. ps.
Miserere mei deus.
secundum. et c̄. a.

181

Exultabũt dño oſſa hu
miliata. ℟ Exaudi. ps.
Te decet hymnus
deus i ſyon. ⁊ tibi
reddetur uotuz i hie
ruſalez Exaudi ora
tionem meaz. ad te om
nis caro ueniet. Uer
ba iniquoꝝ preualue
runt ſuper nos. ⁊ ipie
tatibus noſtris tu pro

pitiaberis. Beatus
quem elegiſti ⁊ aſſũpſi
ſti. habitabit i atrijs tu
is. Replebimur i boni
domus tue. ⁊ ſcm̃ eſt tē
plum tuum mirabile i
equitate. Exaudi nos
deus ſalutaris noſter.
ſpes omniuz finiuz terre.
et i mari longe. Prepa
rans montes i uirtute

tua accinctus ē poten
tia qui conturbas pro
fundum maris sonuꝫ
fluctuū eius. Turbabū
tur gentes ⁊ timebūt.
qui habitant terminos
a signis tuis. exitus ma
tutini ⁊ uespere delecta
beris. Uisitasti terraꝫ
⁊ iebriasti eam. multi
plicasti locupletare eaꝫ.

A lumen dei repletuꝫ
ē aquis. parasti cibuꝫ
illoruꝫ. qm̄ ita ē prepa
ratio eius. Riuos eiꝫ
iebrians multiplica
genimina eius. istilli
cidijs eius letabitur
germinans. Bene
dices corone anni be
nignitatis tue. ⁊ cāpi
tui replebuntur uber

tate. Pinguescent
speciosa deserti. et exul
tationes colles accin
gentur. Induti sūt
arietes ouium. et valles
habundabūt frumē
to. clamabūt etenim
hymnū dicent. Requi
em. ā Exaudi deus oratio
nē meam ad te omnis caro ue
niet. ā Me suscepit. ps.

Deus deus meus. ā
Me suscepit dextera tua dn̄e.
ā A porta inferi. psalmus
Ego dixi i dimidio
dierum meorū.
uadam ad portas iferi.
Quesiui residuū ān
rum meorū. dixi nō ui
debo dn̄m deum i terra
uiuentium. Non aspi
ciam hominem ultra et

habitatorez quietis.
Generatio mea abla
ta eſt. 7 cõuoluta eſt
a me. quaſi taberna
cula paſtoruz. Preci
ſa ē uelud a texente
uita mea. dum adhuc
ordirer ſuccidit me. de
mane uſque ad ueſpe
ram finies me. Spe
rabam uſque ad mane

quaſi leo ſic contriuit
omnia oſſa mea. De
ne uſque ad ueſperam
finies me ſicut pullus
irundinis ſic clama
bo meditabor ut colū
ba. Attenuati ſūt ocu
li mei. ſuſpicientes i
excelſo. Dñe uim pa
tior reſponde pro me.
quid dicam aut quid

reſpondebit michi cũ
ipſe fecerim. R ecogi
tabo tibi oĩns annos
meos. i amaritudine
anime mee. D ñe ſi ſic
uiuitur ꝯ i talibus ui
ta ſp̃s mei. corripias
me ꝯ uiuificabis me.
ecce i pace amaritudo
mea amariſſima. T u
aũt eruiſti animã meã

ut nõ periret. proieci
ſti poſt tergum tuum
omĩa peccata mea. ¶
Q uia nõ i fernus con
fitebitur tibi neqꝫ mors
laudabit te. nõ expec
tabũt qui deſcendunt
i lacum ueritatẽ tuã.
U iuens uiuens ipſe cõ
fitebitur tibi ſicut ꝯ
ego hodie. pater filiis

notam facietr ueritā
tem tuaȝ. D ne saluū
me fac et psalmos no
stros cantabus. cunc
tis diebus uite nr̄e
i domo dn̄i. Requieȝ.
Ā. A porta iferi erue dn̄e
aīaȝ meaȝ. Ā. Omnis sp̄s.
P̄s. Laudate dn̄ȝ de ce
lis. Ā. Omis sp̄s lau
det dn̄ȝ. V. Audiui uocem

de celo dicenteȝ michi. R.
Bti mortui qui i dn̄o mo
riuntur. Ad bn̄dict'. Ā.
Ego suȝ. P̄s. Benedic
tus dn̄s deus isrl'. Ā.
Ego sum resurrectio et ui
ta qui credit i me etiam
si mortuus fuerit uiuet
et omis qui uiuit et credit
i me nō morietur i eternuȝ.
Pat' nost'. V. Et ne nos. R.

Set liberā. ps Depro

fundis clamaui. ℣ Re

quiem eternā dona eis do

mine. ℟ Et lux perpetua lu

ceat eis. ℣ A porta īferi. ℟

Erue dn̄e animas eoꝝ. ℣

Requiescant ī pace. ℟ Amē.

℣ Dn̄e exaudi orationem

meam. ℟ Et clamor meus

ad te ueniat. Oremꝰ. oro.

Deus qui īter apostol-

Deus ueniē largi

tor ⁊ humane. oro

Ad delium deus om

nium. Oratio.

Incipiũt . vij . psal
mi penitentiales .
Ant . Ne reminiſcaris ps.



Omi
ne ne
i furo
re tuo
argu
as
me .
neque i ira tua cor

ripias me. Miserere
mei dñe qm̄ infirm᷒
sum. sana me dñe
qm̄ conturbata sūt
ossa mea. Et anima
mea turbata ē ual
de. et tu dñe usque
quo. Conuertere
dñe et eripe aīam meā.
saluum me fac prop
ter miām tuam.

Qm̄ non ē in morte
qui memor sit tui.
in inferno aūt quis
confitebitur tibi.
Laboraui igemitu
meo. lauabo per sin
gulas noctes lectū
meum lacrimis
meis stratum meū
rigabo. Turbatus
est a furore oculus

meus · inueteraui i
ter om̄s inimicos
meos · Discedite
a me om̄s qui opera
mini iniquitatē · qm̄
exaudiuit dn̄s uocē
fletus mei · Exaudi
uit dn̄s deprecatio
nem meam · dn̄s ora
tionem meam susce
pit · Erubescant et

conturbentur uehe
menter om̄s inimi
ci mei · conuertantur
et erubescant ualde
uelociter · Gloria · ps̄ ·
BEati quorū remis
se sunt iniquitates ·
et quorum tecta sūt
peccata · Beatus uir
cui nō putauit dn̄s
peccatum · nec est in

i ſpu eius dolus.
Quĩ tacui ĩueterauue
runt oſſa mea. dum
clamarem tota die.
Quĩ die hac nocte
grauata ẽ ſuper me
manus tua. conuer
ſus ſum ĩerũpna mea
dum confringitur
ſpina. Delictũ meũ
cognitum tibi feci. ⁊

iuſticias meas non
ab ſcondi. Dixi con
fitebor aduerſũ me
iniuſticiam meã dño.
et tu remiſiſti ĩ pieta
te peccati mei. Pro
hac orabit ad te om
nis ſcũs ĩ tempore
oportuno. Uerum
tamen ĩ diluuio aqua
rum multarum. ad

cum nō approxima
bunt. Tu es refugi
gium meū a tribu
latione que circumde
dit me. exultatio
mea erue me a cir
cumdantibus me.
Intellectum tibi
dabo ⁊ istruā te. in ua
hac qua gradieris
firmabo ſuper te ocu

los meos. Nolite
fieri ſicut equus ⁊
mulus. i quibus nō
est itellectus. In
chamo ⁊ freno ma
xillas eorum cōstri
ge qui nō approxi
mant ad te. Multa
flagella peccatoris.
ſperantes aūt i dn̄o
misericordia circū

dabit. Letamini in
dño ⁊ exultate iusti.
⁊ gloriamini oĩs rec
ti corde. Gloria.
Domine ne ĩ furo
re tuo arguas
me. neque ĩ ira tua
corripias me. Qm̃
sagitte tue ĩ fixe sũt
michi. ⁊ confirmasti
super me manũ tuã.

Non ẽ sanitas ĩ car
ne mea a facie ire tue.
nõ est pax ossib; meis
a facie peccatorũ me
orum. Qm̃ iniquita
tes mee super gresse
sũt caput meũ, ⁊ sicut
honus graue grauata
te sunt super me. Pu
truerũt ⁊ corrupte
sunt cicatrices mee.

a facie insipientie mee.
Miser factus sum et
curvatus sum usque
in finem. tota die con
tristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei imple
ti sunt illusionibus.
et non est sanitas in car
ne mea. Afflictus
sum et humiliatus
sum nimis. rugiebam

a gemitu cordis mei.
Domine ante te om
ne desiderium meum.
et gemitus meus a
te non est absconditus.
Cor meum contur
batum est in me dereli
quit me virtus mea.
et lumen oculorum
meorum. et ipsum non
est mecum. Amici mei

et proximi mei aduer-
ſum me appropinqua-
uerunt ⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erant
de longe ſteterunt. et
uim faciebant qui que-
rebant animaz meaz.
Et qui iquirebant
mala michi locuti ſũt
uanitates. ⁊ dolos to-
ta die meditabantur.

Ego autẽ tanquã ſur-
dus nõ audiebaz. et
ſicut mutus nõ aperiẽs
os ſuuz. Et factus ſũ
ſicut homo nõ audiẽs
⁊ nõ habẽs i ore ſuo
redarguttiones. Qm in
te dñe ſperaui. tu es ex-
audies me dñe deus
meus. Quia dixi ne-
quando ſuper gaudeãt

michi inimici mei.
et dum cōmouentur
pedes mei ſuper me
magna locuti ſunt.
Qm̄ ego i flagella pa
ratus ſum. ⁊ dolor me
us i conſpectu meo ſē
per. Qm̄ iniquitatē
meam annūtiabo. et
cogitabo pro peccato
meo. Inimici autē

mei uiuūt. ⁊ cōfirma
ti ſūt ſuper me. ⁊ mul
tiplicati ſūt qui oderūt
me inique. Qui retri
buunt mala pro bonis
detrahebant michi.
qm̄ ſequebar bonitatē.
Ne derelinquas me
dn̄e deus meus. ne di
ſceſeris a me. Inten
de i adiutorium meū.

domine deus ſalutis
mee. Gloria. ps.
Miſerere mei deus.
ſecundum ma
gnam miſericordiaꝫ
tuaꝫ. Et ſecundum
multitudineꝫ miſe
rationum tuarum dele
iniquitatem meaꝫ.
Amplius lava me
ab iniquitate mea.

et a peccato meo mun
da me. Quoniam iniqui
tatem meam ego co
gnoſco. et peccatum
meum contra me eſt
ſemper. Tibi ſoli pec
caui et malum coram
te feci. ut iuſtificeris
in ſermonibus tuis et
uincas cum iudica
ris. Ecce enim in

quitatibus concep
tus sum. ⁊ ĩ peccatis
concepit me mater
mea. Ecce enim ue
ritatem dilexisti. in
certa ⁊ occulta sapien
tie tue manifestasti
michi. Asperges me
dñe ysopo ⁊ mundabor.
lauabis me ⁊ super ni
uem dealbabor. Au

ditui meo dabis gau
dium ⁊ leticiam. ⁊ exul
tabūt ossa humiliata.
Auerte faciem tuā
a peccatis meis. ⁊ oīs
iniquitates meas de
le. Cor mundum crea
i me deus. ⁊ spm̄ rectū
innoua i uisceribus
meis. Ne proicias me
a facie tua. ⁊ spm̄ scm̄

tuum. ne auferas a
me. Redde michi
leticiam salutaris
tui. ⁊ sp̄u principali
confirma me. Doce
bo iniquos vias tuas:
et impii ad te conuer
tentur. Libera me
de sanguinib; deus
deus salutis mee. et
exultabit lingua mea

iusticiam tuam. Do
mine labia mea ape
ries. ⁊ os meum annū
ciabit laudem tuam.
Qm̄ si voluisses sacri
ficium dedissem utiqꝫ
holocaustis non de
lectaberis. Sacrifici
um deo sp̄s contribu
latus. cor contritum
et humiliatum deus

nio despicies. Beni
gne fac in bona volun
tate tua syon. ut hedif
ficentur muri ierusalē.
Tunc aceptabis sacri
ficium iustitie oblatio
nes et holocausta. tunc
iponent super altare
tuum vitulos. psalm̄
Domine exaudi ora
tionem meā. et cla

mor meus ad te veniat.
Non advertas faciē
tuam a me. i quacūque
die tribulor iclina ad
me aurem tuā. In
quacumque die invoca
vero te. velociter exau
di me. Quia defecerūt
sicut fumus dies mei.
et ossa mea sicut cremi
um aruerunt. Per

cuſſus ſum ut fenuz.
et aruit cor meuz quia
oblitus ſuz comede
re panem meum. A uo
ce gemitus mei ad
heſit os meū carni
mee. Similis factus
ſum pellicano ſolitu
dinis. factus ſuz ſic
nocticorax i domicilio.
Vigilaui ⁊ factꝰ ſuz.

ſicut paſſer ſolitari
us i tecto. Tota die
exprobrabant michi
inimici mei. ⁊ qui lau
dabant me aduerſū
me iurabant. Quia
cinerem tanquaz pa
nem manducabam.
⁊ poculuz meū cuz fle
tu miſcebaz. A facie
ire idignationis tue.

quia eleuans allisisti
me. Dies mei sicut
umbra declinauerūt.
et ego sicut fenū arui.
Tu autē dñe ineternū
permanes. et memoria
le tuum ī generatione
et generationem. Tu
exurgens misereberis
syon. quia tempus mi
serendi eius quia uenit

tempus. Quoniā placue
runt seruis tuis lapi
des eius. et terre eius
miserebuntur. Et ti
mebunt gentes nomē
tuum dñe. et oēs reges
terre gloriā tuam. Quia
edificauit dñs syon.
et uidebitur in gloria
sua. Respexit in oratio
ne humilium. et nō spre

uit preces eor. Scri
bantur hec i generati
tione altera. ꝛ populus
qui creabitur lauda
bit dn̄z. Quia prospe
xit de excelso scō suo.
dn̄s de celo i terram
aspexit. Ut audiret
gemitus cōpeditorum.
ut solueret filios in
teremptorum. Ut an

nūtient i syon nomen
dn̄i. ꝛ laudem eius i
ierusalem. In cōuenī
endo populos i unum.
et reges ut seruiant
dn̄o. Respondit ei i
uia uirtutis sue. pau
citatem dierū meorum
nūtia michi. Ne re
uoces me i dimidio di
erum meorum. i genera

205

cione ⁊ generationez
anni tui. Initio tu do
mine terraz fundaſti.
et opera manuū tuaz
ſunt celi. Ipi peribūt
tu aūt permanes. et
oms ſicut ueſtimētuz
ueteraſcent. Et ſicut
opertoriuz mutabis
eos ⁊ mutabuntur. tu
aūt idem ipſe es ⁊ anni

tui nō deficient. Filii
ſeruorum tuoruz habi
tabunt. ⁊ ſemen eoruz
i ſeculum dirigetur.
De profundis cla
maui ad te dne.
dne exaudi uocez meā.
Fiant aures tue i ten
dentes. i uocem depre
cationis mee. Si ini
quitates obſeruaueris

dñe. domine quis ſu
ſtinebit. Quia apud
te propiciatio ē. ꝛ prop
ter legem tuam ſuſtinui
te dñe. Suſtinuit aīa
mea i uerbo eius. ſpera
uit anima mea i dño.
A cuſtodia matutina
uſque ad noctem ſperet
iſrl' i dño. Quia apud
dñz mīa. ꝛ copioſa apud

eum redemptio. Et
ipſe redimet iſrl'. ex om
nibus iniquitatibus
eius. Gloria. pſalmus.
Domine exaudi ora
tionem meaz. auri
bus percipe obſecratio
nem meam. i ueritate
tua exaudi me i tua iu
ſticia. Et nō intres
i iudicium cum ſeruo

tuo. quia nō iuſtifica
bitur ī conſpectu tuo
omnis uiuens. Quia
perſecutus ē inimicus
animā meā. humili
auit ī terra uitā meā.
Collocauit me ī obſcu
ris ſicut mortuos ſe
culi. et anxiatus ē ſup
me ſp̄s meus ī me tur
batum eſt cor meum.

Memor fui dierū an
tiquorum. meditatus
ſum ī omnibus operib;
tuis. ī factis manu
um tuarum meditabar.
Expandi manus meas
ad te. anima mea ſicut
terra ſine aqua tibi. ✝
Velociter exaudi me
dn̄e. defecit ſp̄s meus.
Non aduertas faciē

tuam a me. & similis
ero descendentibus
i lacum. Auditam fac
michi mane miseri-
cordiam tuam. quia i te
speraui. Notam fac
michi uiam i qua am
bulem. quia ad te leua
ui aīam meam. Eripe
me de inimicis meis
dñe. ad te confugi do

ce me facere uoluntatem
tuam. quia deus meus
es tu. Sp̄s tuus bonus
deducet me i terram
rectam. propter nomen
tuum dñe uiuificabis
me i equitate tua. Ed
duces de tribulatione
